

R. Sancta & immaculata virginitas, quibus te laudibus æferam, nescior.
Quia quem cœli capere non poterant, tuo gremio contulisti.
V. Benedicta tu in mulieribus, & benedictus fructus ventris tui. Quia.

Lectio viij.

Audiens autem quod Archelæus regnaret in Judæa pro Herode patre suo, timuit illo ire. Multi labuntur errore propter ignorantiam historiarum, putantes eundem esse Herodem, à quo in passione sua Dominus irridetur, & qui nunc mortuus esse referatur. Ergo Herodes illi, qui cum Pilato postea amicitias fecit, hujus Herodis filius est, frater Archelæi.

R. Nesciens mater virgo virum, peperit sine dolore. **V.** Salvatorem sæculorum, ipsum Regem Angelorum, sola virgo lactabat ubere de cœlo pleno. **V.** Domus pudici peccatoris templum repente fit Dei: intacta nesciens virum, verbo concepit Filium, Salvatorem. Glória Patri. Salvatorem.

Lectio ix.

Quoniam Nazareus vocabitur. Si fimum de Scripturis posuisset exemplum, nunquam diceret: Quod dictum est per Prophetas: sed simpliciter: Quod dictum est per Prophetas: nunc autem pluraliter Prophetas vocans, ostendit se non verba de Scripturis sumpsisse, sed sensum. Nazareus sanctus interpretatur. Sanctum autem Dominum futurum omnis Scriptura commemorat.

Te Deum laudamus. 13.
AD LAUDES,

& per Horas, Antiphona.

O Admirabile commercium!
 Creator generis humani, animatum corpus sumens, de Virgine nasci dignatus est: & procedens homo sine semine, largitus est no-

bis suam Deitatem. Psalmus. Dominus regnavit, cum reliquis. 14.
Añs. Quando natus est ineffabiliter ex Virgine, tunc impleretur scriptura: Sicut pluvia in vellus descendisti, ut salvum faceres genus humanum: te laudamus Deus noster.

Añs. Rubum quem viderat Moyses incumbustum, conservatam agnovimus tuam laudabilem virginitatem, Dei Genitrix intercede pro nobis. **Añs.** Germinavit radix Jesse, orta est stella ex Jacob, Virgo peperit Salvatorem: te laudamus Deus noster. **Añs.** Ecce Maria genuit nobis Salvatorem, quem Joannes videns exclamavit, dicens: Ecce Agnus Dei, ecce qui tollit peccata mundi, alleluia.

Capitulum. Galat. 4.

R. Ratres, Quanto tempore hæres parvulus est, nihil differt a servo, cum sit Dominus omnium: sed sub tutoribus, & actoribus est usque ad præfinitum tempus à patre.

Hymnus.

A Solis ortus cardine
 Ad usque terræ limitem,
 Christum canamus Principem,
 Natum Mariæ virgine.
 Beatus auctor sæculi
 Servile corpus induit:
 Ut carne carnem liberans,
 Ne perderet quos condidit.
 Castæ Parentis viscera
 Cœlestis intrat grãtia:
 Venter puellæ bajulat
 Secrèta, que non noverat.
 Domus pudici pectoris
 Templum repente fit Dei:
 Intacta nesciens virum,
 Concepit alvo Filium.
 Entitur puerpera,
 Quem Gabriel prædixerat:
 Quem ventre Matris gestiens,
 Baptista clausum senserat.
 Fœno jaceret pertulit,
 Præsèpe non abhorrui,

Et

Et lacte modico pastus est,
 Per quem nec ales esurit.
 Gaudet chorus cœlestium,
 Et Angeli canunt Deo:
 Palamque fit pastoribus
 Pastor, Creator omnium.

Jesu, tibi sit glória,
 Qui natus es de Virgine,
 Cum Patre, & almo Spiritu,
 In sempiterna sæcula.
 Amen.

V. Verbum caro factum est, alleluia.

R. Et habitavit in nobis, alleluia.

Ad Benedictus, Antiphona.
 Dum médium silentium tenerent omnia, & nox in suo cursu médium iter perageret, omnipotens sermo tuus Dómine à regalibus sedibus venit, alleluia.

Oratio.

O Mnipotens sempiternè Deus, dirige actus nostros in beneficio tuo; ut in nomine dilecti Filii tui mereamur bonis operibus abundare: Qui tecum vivit.

Et fit Commemoratio S. Telesphori Papæ & Martyris, Antiphona. Qui odit animam suam in hoc mundo, in vitam æternam custodit eam. **V.** Justus, ut palma florèbit. **R.** Si cut cedrus Libani multiplicabitur.

Oratio.

D Eus, qui nos beati Telesphori Martyris tui atque Pontificis annuâ solemnitate lætificas: concede propitius; ut cujus natalitia colimus, de ejusdem etiam protectione gaudemus. Per Dóminum.

Ad Primam, Añs. O admirabile. **Capitulum.** Regi sæculorum. 21.
R. breve. Christe Fili Dei vivi,

Miserere nobis. V. Qui natus es de Maria Virgine.

Et non dicuntur Preces.

Ad Absolutionem Capituli dicitur Capitulum Nonæ. Itaque jam non est servus, ut infra.

Ad Tertiam, Antiphona. Quando natus es. **Capitulum.** Fratres, Quanto tempore, ut supra. 236.

R. breve. Verbum caro factum est, alleluia, alleluia. Verbum. **V.** Et habitavit in nobis. Alleluia, alleluia. Glória Patri. Verbum. **V.** Ipse invocabit me, alleluia. **R.** Pater meus est tu, alleluia.

Ad Sextam, Antiphona.

Rubum quem viderat Moyses.

Capitulum.

Galat. 4.

A T ubi venit plenitudo temporis, misit Deus Filium suum, factum ex muliere, factum sub lege, ut eos, qui sub lege erant, redimeret, ut adoptionem filiorum reciperemus.

R. breve. Notum fecit Dóminus, alleluia, alleluia. Notum. **V.** Salutare suum. Alleluia, alleluia. Glória Patri. Notum. **V.** Vidérunt omnes fines terræ, alleluia. **R.** Salutare Dei nostri, alleluia.

Ad Nonam, Antiphona.

Ecce Maria.

Capitulum.

Galat. 4.

I Taque jam non est servus: sed filius: Quod si filius: & hæres per Deum.

R. breve. Vidérunt omnes fines terræ, alleluia, alleluia. Vidérunt. **V.** Salutare Dei nostri. Alleluia, alleluia. Glória Patri. Vidérunt. **V.** Verbum caro factum est, alleluia. **R.** Et habitavit in nobis, alleluia.

Vesperæ de Epiphania. Duplex.

IN



Albertus 5. 1730.

IN EPIPHANIA DOMINI.

239

AD VESPERAS,

Antiphona. Ante luciferum genitus,
cum reliquis de Laudibus. 247.
Psalmus. Dixit Dominus, cum re-
liquis de Dominica, 100. & loco
ultiini, Psalmus Laudate Domi-
num omnes Gentes. 104.

Capitulum. *Iraie 60.*
Surge, illuminare Jerusalem: quia
venit lumen tuum, & gloria
Domini super te orta est.

Hymnus.

Crudelis Herodes, Deum
Regem venire quid times?
Non eripit mortalia,
Qui regna dat coelestia.

Ibant Magi, quam viderant,
Stellam sequentes praeviae:
Lumen requirunt lumine:
Deum fatentur munere.

Lavacra puri gurgitis
Coelestis Agnus attingit:
Peccata, quae non detulit,
Nos ablucendo sustulit.

Novum genus potentiae:
Aequae rubescunt hydrae,
Vinumque jussa fundere,
Mutavit unda originem.

Jesu, tibi sit gloria,
Qui apparuisti Gentibus,
Cum Patre, & almo Spiritu,
In sempiterna saecula.

Amen.

Sic terminantur Hymni per to-
tam Octavam.

V. Reges Tharsis & insulae mune-
ra offerent. **R.** Reges Arabum &
Saba dona adducent.

Ad Magnificat, Antiphona.

Magi videntes stellam, dixerunt ad
invicem: Hoc signum magni Regis

est: eamus & inquiramus eum, &
offeramus ei minera, aurum, thus,
& myrrham, alleluia.

Oratio.

Deus, qui hodierna die Unigeni-
tum tuum Gentibus stellae
duce revelasti: concede propitius;
ut qui jam te ex fide cognovimus,
usque ad contemplandam speciem
tuae celsitudinis perducamur. Per
eundem Dominum.

AD MATUTINUM.

Dicto Pater noster, Ave Maria,
& Credo, ommissis **V.** Domine labia,
Invitatorio, cum Psalmo. Venite,
& Hymno, incipitur ab Antiphona

Afferre Domino.

Intra Octavam vero, dicitur V. Do-
mine labia. *Invitatorium.* Christus
apparuit nobis. **V.** Venite, adoremus.
Psalmus. Venite, exultemus. 1.

Hymnus. Crudelis Herodes, ut sup.

In primo Nocturno, Antiphona.
Afferre Domino Filii Dei: adorare
Dominum in aula sancta ejus.

Psalmus 28.

Afferre Domino filii Dei: *
afferre Domino filios arie-
tum:

Afferre Domino gloriam & hono-
rem, afferre Domino gloriam no-
mini ejus: * adorare Dominum in
atrio sancto ejus.

Vox Domini super aquas, Deus
majestatis intonuit: * Dominus su-
per aquas multas.

Vox Domini in virtute: * vox Do-
mini in magnificentia.

Vox Domini confringentis ce-
dros: * & confringet Dominus ce-
dros Libani.

Et comminuet eas tamquam vitu-
lum

lum Libani: * & dilectus quemadmodum filius unicornium.

Vox Domini intercedentis flammam ignis: * Vox Domini concutientis desertum: & commovebit Dominus desertum Cades.

Vox Domini preparantis cervos, & revelabit condens: * & in templo ejus omnes dicent gloriam.

Dominus diluvium inhabitare facit: * & sedebit Dominus rex in aeternum.

Dominus virtutem populo suo dabit: * Dominus benedictet populo suo in pace.

Antiphona. Afferte Domino filii Dei: adorare Dominum in aula sancta ejus.

Antiphona. Fluminis impetus laetificat, alleluia, civitatem Dei, alleluia.

Psalms 45.

Deus noster refugium, & virtus, * adjutor in tribulationibus, quae invenerunt nos nimis.

Propterea non timebimus dum turbabitur terra: * & transferentur montes in cor maris.

Sonuerunt, & turbatae sunt aquae eorum: * conturbati sunt montes in fortitudine ejus.

Fluminis impetus laetificat civitatem Dei: * sanctificavit tabernaculum suum Altissimus.

Deus in medio ejus, non commovebitur: * adjuvabit eam Deus mane dilectulo.

Conturbatae sunt gentes, & inclinatae sunt regna: * dedit vocem suam, mota est terra.

Dominus virtutum nobiscum: * susceptor noster Deus Jacob.

Venite, & videte opera Domini, quae posuit prodigia super terram: * auferens bella usque ad finem terrae.

Arcum conteret, & confringet arma: * & scuta comburent igni.

Vacate, & videte, quoniam ego

sum Deus: * exaltabor in gentibus, & exaltabor in terra.

Dominus virtutum nobiscum: * susceptor noster Deus Jacob.

Antiphona. Fluminis impetus laetificat, alleluia, civitatem Dei, alleluia.

Antiphona. Psallite Deo nostro, psallite Regi nostro, psallite sapienter.

Psalms 46.

Omnes Gentes plaudite manibus: * jubilate Deo in voce exultationis.

Quoniam Dominus excelsus, terribilis: * Rex magnus super omnem terram.

Subjecit populos nobis: * & gentes sub pedibus nostris.

Eligit nobis hereditatem suam: * speciem Jacob, quam dilexit.

Ascendit Deus in júbilo: * & Dominus in voce tubae.

Psallite Deo nostro, psallite Regi nostro, psallite.

Quoniam rex omnis terrae Deus: * psallite sapienter.

Regnabit Deus super gentes: * Deus sedet super sedem sanctam suam.

Principes populorum congregati sunt cum Deo Abraham: * quoniam dii fortes terrae, vehementer elevati sunt.

Antiphona. Psallite Deo nostro, psallite Regi nostro, psallite sapienter. **V.** Omnis terra adorret te, & psallat tibi. **R.** Psalmum dicat nomini tuo Domine, Pater noster. **Absolutio.** Exaudi Domine. **V.** Jube domne. **Benedictio.** Benedictioe perpetua.

De Isaia Propheta.

Lectio 1.

Cap. 55.

Omnes sitiientes venite ad aquas: & qui non habetis argentum, properate, emite, & comedite: venite, emite absque argento, & absque

que ulla commutatione vinum & lac. Quare appenditis argentum non in panibus, & laborem vestrum non in saturitate? Audite audientes me, & comedite bonum, & delectabitur in crassitudine anima vestra. Inclinate aurem vestram, & venite ad me: audite, & vivet anima vestra, & feriam vobiscum pactum sempiternum, misericordias David fideles. Ecce testem populis dedi eum, duceam ac preceptorem Gentibus.

R. Hodie in Jordane baptizato Domino, aperti sunt caeli, & sicut columba super eum Spiritus mansit, & vox Patris intonuit: Hic est Filius meus dilectus, in quo mihi bene complacui. **V.** Descendit Spiritus sanctus corporali specie sicut columba in ipsum, & vox de caelo facta est. Hic est Filius meus.

Predictum R. dicitur hae die, & in Dominica infra Octavam, & in die Octava tantum: alis vero diebus infra Octavam ejus loco dicitur sequens.

R. Tria sunt munera pretiosa, quae obtulerunt Magi Domino in die ista, & habent in se divina mysteria:

In auro, ut ostendatur Regis potentia: in thure, Sacerdotem magnum considera: & in myrrha, Dominicanam sepulchram. **V.** Salutaris nostrae auctorem Magi venerati sunt in cubilibus, & de thesauris suis mysticas ei munus species obtulerunt. In auro. **Benedictio.** Unigenitus Dei Filius.

Lectio 1.

Isaie 60.

Surge illuminare Jerusalem: quia venit lumen tuum, & gloria Domini super te orta est. Quia ecce tenebrae operient terram, & caligo populus: super te autem orientur Dominus, & gloria ejus in te videbitur. Et ambulabunt Gentes in lumine tuo, & reges in splendore ortus tui. Leva in circuitu oculos tuos, & vi-

Pars Hyemalis.

de: omnes isti congregati sunt, venerunt tibi: filii tui de longe venient, & filiae tuae de latere surgent. Tunc videbis, & affluens, mirabitur & dilatabitur cor tuum, quando conversa fuerit ad te multitudo maris, fortitudo Gentium venerit tibi: Inundatio camelorum operiet te, dromedarii Madian & Ephra: omnes de Saba venient, aurum, & thus deferentes, & laudem Domino annuntiantes.

R. In columbae specie Spiritus sanctus visus est, paterna vox audita est:

V. Hic est Filius meus dilectus, in quo mihi bene complacui. **V.** Coeli aperti sunt super eum, & vox Patris intonuit. Hic est Filius meus.

Benedictio. Spiritus sancti gratia.

Lectio 11.

Isaie 61. d & 62.

Gaudens gaudebo in Domino, & exultabit anima mea in Deo meo: quia induit me vestimentis salutis: & indumento justitiae circumdedit me, quasi sponsam decoratum coronam, & quasi sponsam ornatum monilibus suis. Sicut enim terra profert germin suum, & sicut hortus semen suum germinat, sic Dominus Deus germinabit justitiam, & laudem coram universis Gentibus. Propter Sion non tacebo, & propter Jerusalem non quiescam, donec egrediatur ut splendor justus ejus, & salvator ejus ut lampas accendatur.

R. Reges Tharsis, & insulae munera offerent: Reges Arabum, & Saba dona Domino Deo addident. **V.** Omnes de Saba venient, aurum & thus deferentes. Reges Arabum. Gloria Patri. Reges Arabum.

In secundo Nocturno, Antiphona.

Omnis terra adoret te, & psallat tibi: psalmum dicam nomini tuo Domine.

Psalms 65.

Jubilat Deo omnis terra, psalmum dicite nomini ejus: * date gloriam laudi ejus.

Dicite Deo, quam terribilia sunt opera

ra tua Dómine! in multítudine virtútis tuæ mentióneri tibi inimici tui.

Omnis terra adóret te, & psallat tibi: * psalum dicat nómini tuo.

Venite, & vidéte ópera Dei: * terríbilis in consiliis super filios hóminum.

Qui convértit mare in áridam, in flúmine pertransibit pede: * ibi letábitur in ipso.

Qui dominátur in virtúte sua in ætérnum, óculi ejus super gentes respiciunt: * qui exasperant non exaltentur in semetipsis.

Benedicite Deum nostrum: * & audítam facíte vocem laudis ejus.

Qui pósuit ánimam meam ad vítam: * & non dedit in commotiónem pedes meos.

Quóniam probásti nos Deis: * igne nos examinásti, sicut examinátur argéntum.

Induxisti nos in láqueum, posuisti tribulatiónes in dorso nostro: * imposuisti hómines super cápita nostra.

Transivimus per ignem & aquam: * & eduxisti nos in refrigérium.

Introibo in domum tuam in holocaustis: * reddam tibi vota mea, quæ distinxérunt lábia mea.

Et locútum est os meum, * in tribulatióne mea.

Holocáusta medullátá offeram tibi cum incenso arietium: * offeram tibi boves cum hircis.

Venite, audíte, & narrábo, omnes qui timeís Deum, * quanta fecit ánimæ meæ.

Ad ipsum ore meo clamávi, * & exaltávi sub língua mea.

Iniquitatem si aspéxi in corde meo, * non exáudiet Dóminus.

Propterea exáudivit Deus, * & attentávit voci deprecationis meæ.

Benedíctus Deus, * qui non amóvit oratióne meam, & misericórdiam suam á me.

Añs. Omnis terra adóret te, & psallat tibi: psalum dicat nómini tuo Dómine.

Añs. Reges Tharsis, & insulæ múnera offerent Regi Dómino.

Psalmus 71.

Deus judícium tuum regi da: * & justítiam tuam filio regis:

Judicáre pópulum tuum in justítia, * & páuperes tuos in judício.

Suscipliant montes pacem pópulo: * & colles justítiam.

Judicábit páuperes pópuli, & salvos faciet filios páuperum: * & humiliábit calumniátorem.

Et permanébit cum Sole, & ante Lunam, * in generatióne & generatióne.

Descéndet sicut plúvia in vellus: * & sicut stillicidia stillántia super terram.

Oriétur in díebus ejus justítia, & abundántia pacis: * donec auferátur luna.

Et dominábitur á mari usque ad mare: * & á flúmine usque ad términos orbis terrárum.

Coram illo prócident Æthiopes: * & inimici ejus terram lingent.

Reges Tharsis, & insulæ múnera offerent: * reges Arabum, & Saba dona addúcent:

Et adorábunt eum omnes reges terræ: * omnes gentes sérvient ei:

Quia liberábit páuperem á potén- te: * & páuperem, cui non erat ad- jútor.

Parcet páuperi & inopi: * & ánimas páuperum salvas faciet.

Ex ushris & iniquitate redímet ánimas eórum: * & honorábile nomen eórum coram illo.

Et vivet, & dábitur ei de auro Arabiæ, & adorábunt de ipso semper: * totá die benedicent ei.

Et erit firmaméntum in terra in summis montium, superextolletur super Libanum fructus ejus: * & floré- bunt

bunt de civitaté sicut fenum terræ.

Sit nomen ejus benedíctum in sacculis: * ante Solem pérmanet nomen ejus.

Et benedicéntur in ipso omnes tribus terræ: * omnes gentes magnificábunt eum.

Benedíctus Dóminus Deus Israël, * qui facit mirabilia solus:

Et benedíctum nomen majestátis ejus in ætérnum: * & replebitur majestáte ejus omnis terra: fiat, fiat.

Antiphona. Reges Tharsis, & insulæ múnera offerent Regi Dómino.

Antiphona. Omnes gentes quascúmque fecisti, vénient, & adorábunt coram te Dómine.

Psalmus 85.

Inclina Dómine áurem tuam, & exáudi me: * quóniam inops, & pauper sum ego.

Custódi ánimam meam, quóniam sanctus sum: * salvum fac servum tuum, Deus meus, sperántem in te.

Miserére mei Dómine, quóniam ad te clamávi totá die: * lætificá ánimam servi tui, quóniam ad te Dómine ánimam meam levávi.

Quóniam tu Dómine suavis, & mitis: * & multæ misericórdiæ omnibus invocántibus te.

Auribus percípe Dómine oratióne meam: * & inténde voci deprecationis meæ.

In die tribulatiónis meæ clamávi ad te: * quia exaudisti me.

Non est similis tui in díis Dómine: * & non est secúndum ópera tua.

Omnes gentes quascúmque fecisti, vénient, & adorábunt coram te Dómine: * & glorificábunt nomen tuum.

Quóniam magnus es tu, & faciens mirabilia: * tu es Deus solus.

Deduc me Dómine in via tua, & ingredíar in veritaté tua: * lætétur cor meum ut timeat nomen tuum.

Confitébor tibi Dómine Deus meus in toto corde meo, * & glorificábo nomen tuum in ætérnum:

Quia misericórdia tua magna est super me: * & eruisti ánimam meam ex inférno inférióri.

Deus iniqui insurrexérunt super me, & synagóga poténtium quasiérunt ánimam meam: * & non proposuérunt te in conspéctu suo.

Et tu Dómine Deus miserátor & misericórdus, * pátiens, & multa misericórdiæ, & verax.

Réspice in me, & miserére mei: * da impérium tuum píero tuo: & salvum fac filium ancillæ tuæ.

Fac mecum signum in bonum, ut videant qui odérunt me, & confundántur: * quóniam tu Dómine adjuvisti me, & consolátus es me.

Añs. Omnes gentes quascúmque fecisti, vénient, & adorábunt coram te Dómine. **Y.** Reges Tharsis, & insulæ múnera offerent. **R.** Reges Arabum, & Saba dona addúcent. Pater noster. **Absolutio.** Ipsius pietas. **Y.** Jube domne. **Benedictio.** Deus Pater omnipotens.

Sermo Sancti Leonis Papæ.

Sermone 2. de Epiphania.

Lectio iv.

Gaudéte in Dómino, dilectissimi mi, iterum dico gaudéte, quóniam brevi interválló temporis, post solemniátém Nativitatís Christi, festivitatis declaratiónis ejus illuxit: & quem in illo die Virgo péperit, in hoc mundus agnovit. Verbum enim caro factum, sic susceptiões nostræ temperávit exórdia, ut natus Jesus, & credéntibus manifestus, & persequéntibus esset occultus. Jam tunc ergo cæli enarravérunt glóriam Dei, & in omnem terram sonus veritatís exívit, quando & pastóribus exércitus Angelórum Salvatóris édití annuntiátor apparuit, & Magos ad eum adorántum prævia stella per-

perdūxit: ut à solis ortu usque ad occidentem veri Regis generatio coruscaret, cum rerum fidem & regna Orientis per Magos discerent, & Romanum imperium non latēret.

R. Illuminare, illuminare Jerusalem, quia venit lux tua: **Et gloria Domini super te orta est.** **V.** Et ambulabunt Gentes in lumine tuo & reges in splendore ortus tui. Et **Benedictio.** Christus perpetuae.

Lectio v.

Nam & savitia Herodis volens primordia suspecti sibi Regis extingueret, huic dispensationi nesciens serviebat: ut dum atrocis intentus facinori, ignotum sibi puerum indiscreta infantium caede persequitur, annuntiarum coelitus Dominatoris ortum insignior ubique fama loqueretur: quam promptiorem ad narrandum, diligentiorēque faciebat, & supernae significationis novitas, & cruentissimi persecutoris impietas. Tunc autem etiam Aegyptio Salvator illatus est, ut gens antiquis erroribus dedita, jam ad vicinam salutem per occultam gratiam signaretur: & quae nondum egerat ab animo superstitionem, jam hospitio reciperet veritatem.

R. Omnes de Saba venient, aurum & thus deferentes, & laudem Domino annuntiantes. **Alleluia, alleluia, alleluia.** **V.** Reges Tharsis, & insule munera offerent: Reges Arabum, & Saba dona addibent. **Alleluia.** **Benedict.** Ignem sui amoris.

Lectio vi.

Agnoscamus ergo, dilectissimi, in Magis adoratoribus Christi, vocationis nostrae fideique primitias; & exultantibus animis beatae spei initia celebremus. Exinde enim in aeternam hereditatem coepimus introire: exinde nobis Christum loquentia Scripturarum arcana pateverunt; & veritas, quam Judaeorum

obsecratio non recipit, omnibus nationibus lumen suum invexit. Honoratur itaque a nobis sacratissimus dies, in quo salutis nostrae auctor apparuit: & quem Magi infantem venerati sunt in cunabulis, nos omnipotentem adoramus in caelis. Ac sicut illi de thesauris suis mysticas ambulo munera species obtulerunt, ita & nos de corporibus nostris, quae Deo sunt digna, promamus.

R. Magi veniunt ab Oriente Jerusalem, querentes, & dicentes: Ubi est qui natus est, cujus stellam vidimus? **Et venimus adorare Dominum.** **V.** Vidimus stellam ejus in Oriente. Et venimus. Gloria Patri. Et venimus.

In tertio Nocturno, Antiphona. Venite adoremus eum: quia ipse est Dominus Deus noster.

Haec Antiphona repetitur in Psalmo, ordine infrascripto.

Psalmus 94.

Venite, exultemus Domino: jubilemus Deo salutari nostro:

Præoccupemus faciem ejus in confessione. * & in psalmis jubilemus ei.

Antiphona. Venite adoremus eum: quia ipse est Dominus Deus noster.

Quoniam Deus magnus Dominus: * & rex magnus super omnes deos.

Quia in manu ejus sunt omnes fines terrae: * & altitudines montium ipsius sunt.

Antiphona. Venite adoremus eum: quia ipse est Dominus Deus noster.

Quoniam ipsius est mare, & ipse fecit illud: * & siccam manus ejus formaverunt.

Antiphona. Venite adoremus eum: quia ipse est Dominus Deus noster.

Et nos populus pascuae ejus, & oves manus ejus. * Hodie si vocem ejus audieritis, nolite obdurare cor ad vestra:

Sic-

Sicut in irritatione secundum diem tentationis in deserto: * ubi tentaverunt me patres vestri, probaverunt me, & viderunt opera mea.

Antiphona. Venite adoremus eum: quia ipse est Dominus Deus noster.

Quadragesima annis offensus fui generationi illi, * & dixi: Semper hi errant corde.

Et isti non cognoverunt vias meas: ut juravi in ira mea: * Si introibunt in requiem meam.

Antiphona. Venite adoremus eum: quia ipse est Dominus Deus noster.

Gloria Patri, & Filio, * & Spiritui sancto.

Sicut erat in principio, & nunc, & semper, * & in saecula saeculorum. Amen.

Antiphona. Venite adoremus eum: quia ipse est Dominus Deus noster.

Antiphona praedicta cum suo Psalmo dicitur tantum hac nocte: per Octavam vero loco hujus dicitur Antiphona Homo natus est in ea: & ipse fundavit eam Altissimus.

Psalmus 86.

Fundamenta ejus in montibus sanctis: * diligit Dominus portas Sion super omnia tabernacula Jacob.

Gloriosa dicta sunt de te, * civitates Dei.

Memor ero Rahab, & Babylonis: scientium me.

Ecce alienigenae, & Tyrus, & populus Aethiopum, * hi fuerunt illic.

Numquid Sion dicit: Homo, & homo natus est in ea: * & ipse fundavit eam Altissimus?

Dominus narrabit in scripturis populorum, & principum: * horum, qui fuerunt in ea,

Sicut letantium omnium * habitatio est in te.

Antiphona. Homo natus est in ea: & ipse fundavit eam Altissimus.

Antiphona. Adorate Dominum alleluia, in aula sancta ejus, alleluia.

Psalmus 95.

Cantate Domino canticum novum: * cantate Domino omnis terra.

Cantate Domino, & benedicite nomini ejus: * annuntiate de die in diem salutare ejus.

Annuntiate inter Gentes gloriam ejus, * in omnibus populis mirabilia ejus.

Quoniam magnus Dominus, & laudabilis nimis: * terribilis est super omnes deos.

Quoniam omnes dii Gentium daemonia: * Dominus autem coelos fecit.

Confessio, & pulchritudo in conspectu ejus: * sanctimonia, & magnificentia in sanctificatione ejus.

Afferte Domino patriae gentium, afferte Domino gloriam & honorem: * afferte Domino gloriam nomini ejus.

Tollite hostias, & introte in atria ejus: * adorate Dominum in atrio sancto ejus.

Commovetur a facie ejus universa terra: * dicite in Gentibus quia Dominus regnavit.

Etenim correxit orbem terrae qui non commovebitur: * iudicabit populos in aequitate.

Latentur caeli, & exultet terra, commoveatur mare, & plenitudo ejus: * gauderunt campi, & omnia, quae in eis sunt.

Tunc exultabunt omnia ligna silvarum a facie Domini, quia venit: * quoniam venit iudicare terram.

Judicabit orbem terrae in aequitate, * & populos in veritate sua.

Antiphona. Adorate Dominum, alleluia, in aula sancta ejus, alleluia.

Antiphona. Adorate Deum, alleluia, omnes Angeli ejus, alleluia.

Psalmus 96.

Dominus regnavit, exultet terra: * letentur insulae multae. Nubes, & caligo in circuitu ejus: * justitia, & iudicium correctio sedis ejus.

Ignis ante ipsum praecedet, * & inflammabit in circuitu inimicos ejus. Illuxerunt fulgura ejus orbi terrae: * vidit, & commota est terra. Montes, sicut cera fluxerunt a facie Domini: * a facie Domini omnis terra.

Annuntiaverunt caeli justitiam ejus: * & viderunt omnes populi gloriam ejus.

Confundantur omnes, qui adorant sculptilia: * & qui gloriantur in simulacris suis.

Adorate eum omnes angeli ejus: * audivit, & letata est Sion.

Et exultaverunt filiae Juda, * propter iudicia tua Domine:

Quoniam tu Dominus altissimus super omnem terram: * nimis exaltatus es super omnes deos.

Qui diligitis Dominum, odite malum: * custodit Dominus animas sanctorum suorum, de manu peccatorum liberabit eos.

Lux orta est justo, * & rectis corde letitia.

Letamini justi in Domino: * & confitemini memoriae sanctificationis ejus.

Ana. Adorate Deum, alleluia, omnes Angeli ejus, alleluia. **V.** Adorate Dominum, alleluia. **R.** In aula sancta ejus, alleluia. Pater noster.

Absolutio. A vinculis. **V.** Jube domine. **Benedictio.** Evangelica lectio.

Lectio sancti Evangelii secundum Matthaeum.

Lectio vij. **Cap. 2.**
Cum natus esset Jesus in Bethlehemi Juda in diebus Herodis

regis, ecce Magi ab Oriente venerunt Ierosolymam, dicentes: Ubi est qui natus est rex Iudaeorum? Et reliqua.

Homilia Sancti Gregorii Papae.

Homilia 10. in Evangelia.

Sicut in lectione Evangelica, fratres charissimi, audistis, caeli Rege nato, rex terrae turbatus est: quia nimirum terrana altitudo confunditur, cum celsitudo caelestis aperitur. Sed querendum nobis est, quidnam sit, quod Redemptore nato, pastoribus in Iudaea Angelus apparuit, atque ad adorandum hunc ab Oriente Magos nos Angelus, sed stella perduxit? Quia videlicet Iudaeis, tamquam ratione utentibus, rationale animal, id est Angelus praedicare debuit: Gentiles vero, quia uti ratione nesciebant, ad cognoscendum Dominum, non per vocem, sed per signa perducuntur. Unde etiam per Paulum dicitur: Prophetiae fidelibus datae sunt, non infidelibus. Quia & illis prophetiae tamquam fidelibus, non infidelibus: & istis signa tamquam infidelibus, non fidelibus data sunt.

R. Stella, quam viderant Magi in Oriente, antecesserat eos, donec venirent ad locum ubi puer erat.

V. Videntes autem eam, gavisus sunt gaudio magno. **V.** Et intrantes domum inveniunt puerum cum Maria matre ejus, & proci dentes adoraverunt eum. Videntes. **Benedictio.** Divinum auxilium.

Lectio vij.

Et notandum, quod Redemptorem nostrum, cum iam perfectus esset aetatis, eisdem Gentilibus Apostoli praedicant, eumque parvulum, & necdum per humani corporis officium loquentem, stella Gentibus denuntiat: quia nimirum

ra.

rationis ordo postebat, ut & loquentem iam Dominum loquentes nobis praedicatores innotescerent, & necdum loquentem elementa muta praedicarent. Sed in omnibus signis, quae vel nascente Domino, vel moriente eo, monstratae sunt, considerandum nobis est, quanta fuerit in quorundam Iudaeorum corde duritia, qui hunc nec per prophetiae donum, nec per miracula agnovērunt.

R. Videntes stellam Magi, gavisus sunt gaudio magno: Et intrantes domum inveniunt puerum cum Maria matre ejus, & proci dentes adoraverunt eum: * Et apertis thesauris suis obtulerunt ei munera, aurum, thus, & myrrham. **V.** Stella, quam viderant Magi in Oriente, antecesserat eos, usque dum veniens staret supra ubi erat puer. Et intrantes, Gloria Patri. Et apertis. **Benedictio.** Ad societatem.

Lectio ix.

Omnia quippe elementa auctorem suum venisse testata sunt. Ut enim de eis quiddam usque humano loquar: Deum hunc coeli esse cognoverunt, quia protinus stellam miserunt. Mare cognovit, quia sub plantis ejus se calcabile praebuit. Terra cognovit, quia eo moriente contrémuit. Sol cognovit, quia lucis suae radios abscondit. Saxa & parietes cognoverunt, quia tempore mortis ejus scissa sunt. Infernus agnovit, quia hos, quos tenebat mortuos, reddidit. Et tamen hunc, quem Dominum omnia insensibilia elementa senserunt, adhuc infidelium Iudaeorum corda Deum esse minime cognoscunt, & duriora saxis, scindi ad poenitentendum non tuent.

De Deum laudamus. 13.

A D I A U D E S,
& per Horas, Antiphona.

An te luciferum genitus, & ante saecula Dominus Salvator noster hodie mundo apparuit. **Psalm.** Dominus regnavit, **Antiph.** **quis.** 14. **Ana.** Venit lumen tuum Ierusalem, & gloria Domini super te orta est: & ambulabunt Gentes in lumine tuo, alleluia. **Ana.** Apertis thesauris suis obtulerunt Magi Domino aurum, thus, & myrrham, alleluia. **Ana.** Maria & flumina benedicite Domino: hymnum dicite fontes Domino, alleluia. **Ana.** Stella ista sicut flamma coruscet, & Regem eum viderunt, & magno Regi munera obtulerunt.

Capitulum.

Isaia 60.

Surge illuminare Ierusalem: quia venit lumen tuum, & gloria Domini super te orta est.

Hymnus.

OSola magnarum urbium
Major Bethlem, cui contigit
Ducem salutis caelitus
Incorporatum signere.
Incorporatum signere.
Quem stella, quae solis rotam
Vincit decore ac lumine,
Venisse terris nunciat
Cum carne terrestri Deum.
Videre postquam illum Magi,
Eoae promunt munera;
Stratiquae votis offerunt
Thus, myrrham, & aurum regium.
Regem. Deumque annuntiant
Thesaurus, & fragrans odor
Thuris Sabaei, ac myrrhus
Pulvis septichrum praedocet.
Jesu, tibi sit gloria,
Qui apparuit Gentibus,
Cum Patre, & almo Spiritu,
In sempiterna saecula. Amen.
V. Adorate Deum, alleluia.
R. Omnes Angeli ejus, alleluia.

Q 4

Ad

Ad Benedictus, Antiphona.
Hódie cœlesti sponso juncta est Ecclesia, quoniam in Jordâne lavit Christus ejus crimina: currunt cum muneribus Magi ad regales nuptias, & ex aqua factio vino latantur convivæ, alleluia.

Oratio.

Deus, qui hodiernâ die Unigenitum tuum Gêntibus stellâ duce revelasti: concède propitius; ut qui jam te ex fide cognôvimus, usque ad contemplantandam spêciem tuæ celsitudinis perducâmur. Per eundem Dôminum nostrum.

Ad Primam, R. br. Christe Filii Dei vivi. **Y.** Qui apparuisti hodiè.

Et sic dicitur per totam Octavam.

Ad Tertiam, Antiphona.

Venit lumen tuum. **Capitulum.**

Surge illuminare, ut suprâ, 247.

R. br. Reges Tharsis, & insulæ mînera offerent, * Alleluia, alleluia.

Reges Tharsis. **Y.** Reges Arabum, & Saba dona adducunt. Alleluia, alleluia. Glória Patri. Reges Tharsis.

Y. Omnes de Saba venient, alleluia.

R. Aurum & thus deferentes, alleluia.

Ad Sextam, Antiphona.

Apertis thesauris suis.

Capitulum.

Isaia 60.

Leva in circûitu oculos tuos, & vide: omnes isti congregati sunt, venerunt tibi: filii tui de longè venient, & filia: tuæ de latere surgent.

R. breves. Omnes de Saba venient, alleluia, alleluia. Omnes de Saba.

Y. Aurum & thus deferentes. Alleluia, alleluia. Glória Patri. Omnes de Saba.

Y. Adorate Dôminum, alleluia.

R. In aula sancta ejus, alleluia.

Ad Nonam, Antiphona.

Stella ista.

Capitulum.

Isaia 60.

Omnes de Saba venient, aurum & thus deferentes, & laudem Dômino annuntiantes.

R. br. Adorate Dôminum, * Alleluia, alleluia. Adorate. **Y.** In aula sancta ejus. Alleluia, alleluia. Glória Patri. Adorate. **Y.** Adorate Deum, alleluia. **R.** Omnes Angeli ejus, alleluia.

Ad Vesperas, Antiphona. Ante luciferum, cum reliquis de Laudibus. 247. Psalm. Dixit Dôminus, cum reliquis de Dominica.

Et sic dicitur per totam Octavam, Capitulum. Surge illuminare. Hymnus. Crudelis Herôdes. **Y.** Reges Tharsis, ut suprâ, 239.

Ad Magnificat, Antiphona.

Tribus miraculis ornatum diem sanctum cõlimus: hodiè stella Magos duxit ad præsepium: hodiè vinum ex aqua factum est ad nuptias: hodiè in Jordâne à Joanne Christus baptizati voluit, ut salvaret nos, alleluia.

Oratio. Deus, qui hodiernâ, ut supra.

Si Epiphania venerit in Sabbato,

in secundis Vesperis fit Commemoratio Dôminicæ infra Octavam.

Antiphona. Remansit. **Y.** Omnes de Saba.

Oratio. Vota, ut infrâ, 261.

Infra Octavam Epiphaniae si occurrat Festum Duplex, vel Semiduplex,

transferitur post Octavam, nisi fuerit Patroni vel Titularis Ecclesiae, vel Dedicatio ejusdem, ut dicitur in Rubrica de Octavis: de Simplificibus verò fit Commemoratio.

Ad Matutinum, Y. Dômine labia mea.

Invitatorium & Hymnus ut suprâ in Rubrica Festi ponitur. 239.

Reliqua omnia ut in die Festi, præter Lectiones & Antiph. ad Benedictus & Magnificat, quæ singulis diebus habentur propriae, ut sequitur.

De Dominica infra Octavam in quacumque diem Octavæ incidit, fit Officium ut infra ordinatur, 261.

& in ea ponitur Epistola prima ad Corinthios, omissis Lectionibus de Epistola ad Romanos.

Post

Post Dominicam verò, continuantur dies Octavæ eodem numero, quonotantur, perinde ac si Dominica non interessisset. Exempli gratia: si Dominica venerit in tertia die infra Octavam, prima die post Dominicam Lectiones ij. & iij. Nocturni, & Antiph. ad Benedictus & Magnificat, dicuntur de tertia die infra Octavam, & sic deceps de aliis. Lectiones tamen primi Nocturni de Epistola ad Romanos omituntur, & pro iis sumuntur de Epistola prima ad Corinthios, quæ sequuntur post Dominicam; & de ea legitur etiam post Octavam usque ad Dominicam sequentem.

SECUNDA DIE

Infra Octavam Epiphaniae.

In primo Nocturno.

De Epistola ad Romanos.

LECTIO ij. **Cap. 9.**

Veritatem dico in Christo, non mentior: testimonium mihi perhibente conscientia meâ in Spiritu sancto: quoniam tristitia mihi magna est, & continuus dolor cordi meo. Optabam enim ego ipse anathema esse à Christo pro fratribus meis, qui sunt cognati mei secundum carnem, qui sunt Israëlita, quorum adoptio est filiòrum, & glória, & testamentum, & legislatio, & obsequium, & promissa: quorum patres, & ex quibus est Christus secundum carnem, qui est super omnia Deus benedictus in sæcula. Amen.

R. Tria sunt mûnera pretiosa, quæ obtulerunt Magi Dômino in die ista, & habent in se divina mysteria: * In auro, ut ostendatur Regis potentia: in thure, Sacerdotem magnum considera: & in myrrha, Dominicam sepulturam. **Y.** Salutis nostre auctorem Magi venerati sunt in cunâbulis, & de thesauris suis mysticas ei munerum species obtulerunt. In auro,

LECTIO ij.

Non autem quod excedit verbum Dei. Non enim omnes qui ex Israël sunt, ii sunt Israëlita: neque qui semen sunt Abrahæ, omnes filii: sed in Isaac vocabitur tibi semen: id est, non qui filii carnis, hi filii Dei: sed qui filii sunt promissionis, astimantur in semine. Promissionis enim verbum hoc est: Secundum hoc tempus veniam: & erit Sara filius. Non solum autem illa: sed & Rebécca ex uno concubitu habens, Isaac patris nostri.

R. In columbæ spêcie Spiritus sanctus visus est, paterna vox audita est:

* Hic est Filius meus dilectus, in quo mihi bene complacui. **Y.** Cœli aperti sunt super eum, & vox Patris intónuit. Hic est.

LECTIO iij.

Cum enim nondum nati fuissent, aut aliquid boni egissent, aut mali (non secundum electionem propositionis Dei manerent) non ex operibus, sed ex vocante dictum est ei: Quia major sêrviet minóri, sicut scriptum est: Jacob dilexi, Esau autem odio habui. Quis ergo dicemus? numquid iniquitas apud Deum? Absit. Moysi enim dicit: Miserëbor, cujus misericordiam præstabo cujus miserëbor. Igitur non volentis, neque currentis, sed miserentis est Dei.

R. Reges Tharsis, & insulæ mûnera offerent: * Reges Arabum, & Saba dona Dômino Deo adducunt. **Y.** Omnes de Saba venient, aurum & thus deferentes. Reges Arabum. Glória Patri. Reges Arabum.

In secundo Nocturno.

Sermo Sancti Augustini Episcopi.

Serm. 2. de Epiph. qui est 30. de Temp.

LECTIO iv.

Ad partum Virginis adorandum Magi ab Oriente venerunt. Hunc diem hodiè celebrâmus, huic

dic-